...par.

...Nicolai Pharus ad stellam natalitiam Trium Regum,

PHARVS
Ad Stellam Natalitiam
TRIVM REGVM
FESTIVITATE;
Et ad Gentilitiam Imitatione.

GENEROSO ET MAGNIFICO DOMINO,

D. GASPARI FACHINETI

Philosophicæ Laureæ Candidato,
EXCITATA.

Per NICOLAVM FATOWICZ, ARTIVM & Phil. Magistrum, Seniorem Scholæ S. Floriani.

CRACOVIÆ, in Officina Antonij Wośinski,
Anno Domini, 1639.

Genoroso & Magnifico Domino,

D. GASPARI FACHINETI. &c.

Nicander in Theriacis tradit homines ad quos ignem Prometheus detulerat Ioui indicasse, eiusq; rei præmium perpetuam iuuentutem impetrasse. Pharum cum attollo Tuum Generose Domine, subuererer Iouis animaduersionem si Prometheus essem Iouemq; ni vna cum fabulosa delirantis antiquitatis opinione crederem emarcuisse. Bethlemitici è cælo pia & religiosa trahi se passi ignes consideratione, vt lucerent magnitudine cum vincant, omnem eloquendi altitudinem. Breuibus coarctata vides ad Fastos Tuos nam hæc excedunt & supereminent humani eloquii facultatem, & inde oritur difficultas fandi vnde adest ratio nõ tacendi. Accipe eo libentius quod magnum est nec pretiosius à me dari, nec optabilius à te expectari potuit; nec melius Bethleem figi potuit venerando, quam in Gentilitia (non sine omine) Stella Tua.

LVCET, SED MELIVS SVMMO LVCEBIT IN AVGE.

BETHLEEM.

DEpulſa nox, nubeſq́; curarum tetra
Diſparuit, tenebraſq́; noctemq́; iugalib9
Abigebat ægeis verecundus comâ
Sol Heſpero quum erubuit oriens mari,
Orbi Serenum reddidit Pax conuenit.
Dolore deterſo apricabat Fauſtitas.
Supêrum Domus repagulis diſsiluit,
Annoſa ſeries, quæ dolendo obduruit,
Furoris, irarumq; iuſtarum obice.
Stellæ ſerenis illigantur crinibus
Puraq; cirri luce ceruicem rigant.
Flammat coruſcas aureus globus comas.
Reuocauit ſæculum aureum Quies.
Negotioſum poſt opus abacti gregis,
Paſtor ſopore victus incubat pedo,
Hædos petulcos cura ſomniat vigil,
Hoſti rapaci præda ne fiant timet.
Ad Bethleem prōptiſſimo fertur gradu
Pleniſſimus votorum amabilium venit

 Erectus

Erectus Angelicis vocibus & suasibus
Reddit tributum rustica quæ fert penu.
Et basiatum mille suspirijs liquit
Iam templa Solymæ optata cernunt lumina.
Artus tenellos, purpura irriguo lauit
Murice, puellus purpuratis tegitur
Bissis, tenent segmenta fasciatus est.
Qui cuncta constricta tenet & flectit manu.
Et incipit profusione sanguinis.
Lautissimâ, daturus hunc lautissimè.
Virgulta quando balsami tenellula
Incisa surculo racemifero, manat
Illico liquore acerhos Panchæos
Vincente, non frustrata reddunt pignora;
Sed parcius datura fusius breui
Clementioribus Fauonijs sata,
Cœloq; amico surculis errectior.
Iam Stella criniebat auriuomum caput
Coronauere vigiles cui flammæ comam
Iterq; dubium dirigens ad Bethleem
Regum, sitis queîs pectus vsserat intima

Siticu-

Siticulosos recreat intuitu nouo,
Quis æstuantum corda sculpserit æquius?
Quæ tam docilis aut mens, manusq; Phidia?
Quæ iusta gaudijs potest scribi nota?
Insomnis omnis cessabit artificum labor.
Hic dissipatis vultibus Stella obuia,
Integrat ora, & explet orbem face.
Cuperetq́; Bethlemitico adhærescere
Polo, serenare orbitatem casulæ.
Remouere celsas ex tholo auriuomo faces.
Vt horridas stabuli arceant iniurias.
Hæc inuicem sui Domini cupidine.
Miscebat æstuosa gaudijs sitis
Sed penniger manus globi variat vices.
Horasq; placidas temporum cecinit leui
Stridore flammarum, mutans inflexibus.
Abstine per arduum dare tuum Musa iter.
Inexpeditis fila quid necto laqueis.
Ne fors vagetur Theseus labor sine.
Ariadne, cæcum quæ regat flexu viam.
Hæc pertinent vt Bethleem noua pateat

GASPAR FACHINETI è supellectille suâ.
Donasse re, Stemmate, Tuoq; nomine
STELLAM, futuri temporis quæ erit nota.
Virtute quisnam neget trahi polos.

GASPAR FACHINETVS

ANAGRAMMA.

PHARVS A GENS FACTI.

O Quæ Sydereo fixisti lampada Circo,
Fulguris æternas non positura faces.
Quæ cunas ponis salientûm in lumine fratrum,
Castor vbi Pollux sidera fixâ tenent.
Virtus Factá virûm stilo ex adamante recuso
Inscribens, nunquam tempora ad occidua.
Macte serenato pro tunc præconcipe vultu,
Festiuum Studio condecorare Pharum.
Dixerat insonuere lyræ, fulsere fauillæ
Virtus est nosco per sua signa Deam
Increpuitq; lyram plectro grauiore resoluens
Facta, manu Iusti lance librata tenet.
Quisquis virtutis præduro calle refracto,
Non iam deflexo tramite quæris iter.

Non

Non refugis curas cathenatosq́ labores.
O quam non sterili semina ponis humo.
Non annosa tuum tangent obliuia nomen,
Cui referet serus præmia digna cinis.
Iamq́ Pharum rutilis cingebant lampada flammis,
Iamq́ corona faces nexuit igniuomas.
Temperies morum placidos prius explicat ignes.
Pectore sollicito quos vigil auget honos.
Seruat in his laudem velata modestia signis,
Virtutum pulchro congrua connubio.
Et pudor & pietas & magni cultus honesti,
Inflammant tædas consociantq́ faces,
Eminet inter eos compto prudentia cultu
Ingenioq́ potens consilioq́ grauis
Abstracto Mathesis quidquid molimine mentis
Eleuat, expresso deterit vngue labor.
Et labirynthæis quidquid Stagira coarctat,
Nexibus hæc dirimit præmeditata labor.
Et consulta, modosq́ petit mens prouida iusti,
Iustinianæis contumulat a tricis.
Iura hominum mores tenuit q́ viditq́ legitq́
Iuge Matina modo mella recondit apis.
Omnia te decorant alijs sunt singula laudi,
Tu complexa tenes fædere continuo,
Singula quid referam quis singula dicere posset;
Quo me Musa precor debilitata vocas.

Vt caput in magnis vbi non est tangere signis
Ponitur hic imos ante corona pedes.
Grande tuæ pretium mansuraq; gloria Musæ,
Quam vigili pernox cura labore tulit.
Duratura diu Studij monumenta dedisti
Prona VLADISLAI REGIS ad obsequium.
Non ego prætulerim Babilonica picta superbis
Texta Semiramiâ quæ variantur acu.
Flammat AGENSFACTI tædas & lumina nectit
Non transacta dedit quæ PHARVS acta dedit.
Dixerat hæc sed & hæc & multo plura volebat,
Adiecitq; animo vota petita pio.
Iane Quirinales resera feliciter ædes,
Annus ab aurifero depluat axe dies.
Hora, dies, faueant placidis attemperet ætas
Euentis, iusto fata tenete modo
Ne modico annorum constringant gaudia nexu,
Impleat vt tardas Phæbus Olympiadas
Incipè nunc Fastos festos: primordia Christi,
Virtuti Epilogum nectite tardigradum.
Incipe, sed factis, meritis grauis, & grauis annis
Desine, cunctantes fata pedes habeant.

Illuſtris virtus latere non poteſt Cic.

CAligo quamuis Sydonium caput
Solis, coactis horrida nubibus
Obuellet inclaret diei
Conſpicuo nitidus decore.
Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus
Quamuis profundæ merſa nubi
Peruigili rutilabit igne.
Ignota tellus Te licet accipit,
Effulgurantis lumina publica
Virtutis, haud caligo opacat,
Aſtra calent aliena quamuis.
Ille ille virtutum intima ſemina,
Doctarum & inter præmiafrontiũ
Interq; ludentes Camænas,
De tenero accumulabat vngui.

Cui ſtatim Apollo riſit amabili
Pallaſque vultu matris ab vbere.
Et fouit arcanaq; fontis
Pegaſei ſatiauit vnda.
Hinc & iuuentam ſoluere pertinax
Curas in omnes ſole alio ſolum
Feruens, peregrinumq; cælum
Commemorabilibus ſacrauit
Laboribus, ſic rebus inarduis
Exercitatus legiferam petit
Spiram, latentiſq; in profundo,
Præſidiumq; decuſq; Conſi.
Æſtate tanquam mellificans apis,
Late vireti peruolitat loca.
Sucos tamen non libat herbis,
Sint niſi odoriferæ aut ſalubres.
Sic tu remotas imperijs plagas,
Et regna viſens propoſito vigil
Tantum hæc notaſti mente ſolers,
Quæ procul á vitio fuere.

Ego

Ego beatus carpe hilares dies
His macte magnis vtere honoribus
Plenum dierum te coronet
Copia plena beatitatis.